Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

moysy. Et ait ad saphan scribam
librum legis inveni in domo domini
Et tradidit ei. At ille intulit vo
lumen ad regem et nunciavit ei di
cens. Omnia que dedisti in manu
servorum tuorum ecce complentur. Argen
tum quod repertum est in domo domini confla
verunt datumque est prefectis artificum et di
versa opera fabricantium. Preterea tradidit
michi helchias sacerdos hunc li
brum. Quem cum presente rege recitasset
audissetque ille verba legis scidit ves
timenta sua et precepit helchie et
ahicam filio saphan et abdon
filio micha. Saphan quoque scri
be et asaie servo regis dicens. Ite
et orate dominum pro me et pro reliquiis
israel et iuda super universis sermo
nibus libri istius qui repertus
est. Magnus enim furor domini stil
labit super nos eo quod non custodierunt
patres nostri verba domini ut facerent
omnia que scripta sunt in isto vo
lumine. Abiit igitur helchias et
hii qui simul a rege missi fuerant
ad olldam prophetissam uxorem sellum
filii tecuath filii asra custodis
vestium qui habitabat in ierusalem in
secunda et locuti sunt ei verba que supra
narravimus. At illa respondit eis. Hec
dicit dominus deus israel. Dicite viro
qui misit vos ad me. Hec dicit
dominus. Ecce ego inducam mala super
locum istum et super habitatores eius
cunctaque maledicta que scripta
sunt in libro hoc quem legerunt
coram rege iuda quia dereliquerunt
me et sacrificaverunt diis alienis
ut me ad iracundiam provocarent
in cunctis operibus manuum suarum.
Ideo stillabit furor meus super

locum istum et non extinguetur. Ad regem
autem iuda qui misit vos pro domino de
precando sic loquimini. Hec dicit dominus deus
israel. Quia audisti verba voluminis at
que emollitum est cor tuum et humiliatus
es in conspectu domini super hiis que
dicta sunt contra locum hunc et habitatores
ierusalem reveritusque faciem meam sci
disti vestimenta tua et flevisti cora
me ego quoque exaudivi te dicit
dominus. Iam enim colligam te ad patres
tuos et inferreris in sepulchrum
tuum in pace nec videbunt oculi tui
omne malum quod ego inducturus sum
super locum istum et super habitatores
eius. Retulerunt itaque regi cunctaque
dixerat. At ille convocatis ~~illis~~ uni
versis maioribus natu iuda et ierusalem
ascendit in domum domini unaque uni
versi iuda et habitatores ierusalem sa
cerdotes et levite et cunctus populus
a minimo usque ad maximum. Quibus
~~audientibus~~ audientibus in domo domini
legit rex omnia verba voluminis et
stans in tribunali suo percussit fe
dus coram domino ut ambularet
post eum et custodiret precepta et
testimonia et iustificationes eius
in toto corde suo et in tota anima sua
faceretque que scripta sunt in volumine
illo quod legerat. Adiuravit quoque super
hoc omnes qui reperti fuerant in ierusalem
et beniamin et fecerunt habitatores
ierusalem iuxta pactum domini dei patrum
suorum. Abstulit ergo iosias cunctas
abhominaciones de universis regio
nibus filiorum israel. Et fecit omnes qui
residui erant in israel servire domino
deo suo cunctis diebus vite eius non
recesserunt a domino deo patrum suorum.